

II. KÖLCSÖNÖS NÉVMÁSOK ÉS TÁRSAIK

1. Cicerones pueri amant inter se, discunt, exercentur; sed alter frenis eget, alter calcaribus.
2. Tanta mihi cum Q. Hippii causae necessitudinis sunt, ut nihil possit esse coniunctius, quam nos inter nos sumus.
3. Nostrae nobis sunt inter nos irae discordiaeque placandae.
4. Et erit aequa lex, ut nostras inimicitias ipsi inter nos geramus, amicis nostrorum inimicorum temperemus.
5. Quod cum accidisset ut alter alterum necopinato videremus, surrexit statim.
6. Nunc a vobis, o Protagora et Socrates, postulo, ut de isto concedatis alter alteri, et inter vos de huiusmodi rebus controversemini, non concertetis.
7. Interim dissensione orta inter Achillan et Arsinoen, cum uterque utrique insidiaretur, praeoccupat Arsinoe per eunuchum atque Achillan interficit.
8. Postquam (Karthaginienses et Cyrenenses) alteri alteros aliquantum adtriverant, per indutias sponsionem faciunt.
9. Quae res plerumque magnas civitatis pessum dedit, dum alteri alteros vincere quovis modo et victos acerbius ulcisci volunt.
10. Neutri alteros primo cernebant.
11. Quo facto cum alius alii subsidium ferret neque timerent ne aversi ab hoste circumvenirentur, audacius resistere ac fortius pugnare coeperunt.
12. Urgent itaque alii alios, hortanturque signiferos, ut ocius eant.
13. L. Quinctius operi agresti intentus ab legatis – salute data invicem redditaque – rogatus est, ut togatus mandata senatus audiret.
14. Inde certamen, mox etiam pugna cum vulneribus et caede in vicem militum nautarumque oritur.
15. Adeo acuti aliusque per alium immissi rami locum ad inserendam manum non relinquunt, ut neque prehendi, quod trahatur, neque trahi, cum inter se innexi rami vinculum invicem praebeant, possit.
16. Quod invicem se obtrexerunt, non est oratorum vitium, sed hominum.
17. Caesar, ubi duodecimae legionis confertos milites sibi ipsos ad pugnam esse impedimento vidit, in primam aciem processit.
18. Perrumpere nituntur, seque ipsi adhortantur, ne tantam fortunam ex manibus dimittant.
19. Sic fortuna in contentione et certamine utrumque versavit, ut alter alteri inimicus auxilio salutisque esset neque diiudicari posset, uter utri virtute antefendus videretur.
20. Eodem modo de Aristotele et Isocrate iudico, quorum uterque suo studio delectatus contempsit alterum.
21. Non dubito dicere omnes sapientes esse semper beatos, sed tamen fieri posse, ut sit alius alio beatior.
22. Quorum alius alia causa inlata petebat, ut eius voluntate discedere liceret.
23. Romulus non cum globo iuvenum, sed aliis alio itinere iussis certo tempore ad regiam venire pastoribus ad regem impetum facit.

GYAKORLÓMONDATOK – MAGYARRÓL LATINRA

- Ekkor a mieink, biztatván egymást, hogy ne engedjenek meg ekkora gyalázatot, mindannyian kiugrottak a hajóból.
- Ezután ezek ketten (= a numidák és a mórok) egymásban bizakodva a szomszédaikat fegyverrel vagy megfélemlítéssel a maguk uralma alá hajtották.
- Ami a földön terem, mind az emberek hasznára jön létre, az emberek azonban az emberekért születtek meg, hogy kölcsönösen hasznára lehessenek egymásnak.
- A haraszt gyökerei kölcsönösen egymásba fonódnak, és ha kitépik őket, újranoznak.
- A megfutamtott ellenség egymást akadályozza sokaságával.